

(57<sup>v</sup>)

thrahit

Qualis mensura sit partia

Quantum thrahit stadiis

Quid sit acutus

(2. 13)

INCIPIT LIBER ANICII MANLII SEVERINI BOETII  
GEOMETRICORUM SECUNDUS AB EUCLIDE TRANSLATUS

Δ Quomodo inventa est geometria. M Inventam esse  
geometriam Egyptii dicunt pro necessitate terminorum  
terre quos Nilus inundationis tempore infundebat

Δ Unde vocata sit geometria. M Geometria nominata  
est adimensione terre per quam uniuscuiusque  
termini declarari solent. Δ Quid sit geometria.

M Geometria est disciplina magnitudinis et figura  
que secundum magnitudinem contemplatur.

Δ Que id intentio. M Intentio euclidis duplex  
est ad discipulum respiciens et ad naturas rerum  
ad discipulum quia oportet eum ab intuitu agogico  
incipere pro facilitate pro brevitate et eo quod  
in questionibus ob hoc nulla sit difficultas pro  
rerum natura eo quod plurimae scientie ad Timaei  
sive Platonis doctrina plurima geometricae de-  
monstrare noscuntur. Δ Que utilitas. M Utilitas  
ut supra praefati sumus geometricae triplex est  
ad facultatem. ad sanitatem. ad animam. Ad  
facultatem ut mechanici et architecti. ad  
sanitatem ut medici. ad animam ut philosophi.

Δ Qui ordo est geometricae in disciplinis. Aligua-  
tenus post arithmeticae secundus est aliquatenus  
Tituli inscripto quomodo intelligitur. Est enim

(continua ab  
p. 57<sup>v</sup> fol.  
p. 58<sup>v</sup>)